

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1484

Autre(s) référence(s) : Fauroux 39 / Tabuteau 129 / ARTEM 2676

Auteur(s) : Adèle [particulier]

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1006-1026]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II souscrit la charte par laquelle une certaine Adèle, avec sa mère Lola, donne à Saint-Ouen son alleu de Quevilly, une vigne et des prés à Saint-Julien, sa maison et une foveam lutiariam auprès de Saint-Étienne [-du-Rouvray], ses biens à Branville, Airan, Trouville, Le Héron ; toutes les terres achetées par elle, avec le bétail et les serfs des deux sexes ; ainsi que le domaine de Mortemer avec ses deux églises.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 232.

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 39, p. 143-144.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX, p. 144.

Texte établi d'après a

Cum caelestis imaginator tocius elementa mundi ex nichilo proprio verbo condidisset, ad ultimum, ad imaginem et similitudinem suam hominem in libero arbitrio creavit, sed invidente hoste lubrico atque exigente miseri culpa deceptus, subruit in huis calamitosi luminis erumnam, at summus et inestimabilis omnium custos quia sic fore miseratione indoluit, nostrae mortalitatis corpus ex beatæ Genitricis artubus non distulit, verbumque vitæ perpetuæ ministravit, dicens : « Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus », et per apostolum « Qui diligit mundum et ea quæ in mundo sunt, non est caritas Patris in eo » et Gregorius « Nemo potest diu gaudere in hoc seculo et illic regnare in Christo ». Quid plura ! Quapropter, ego, Adela peccatrix, cum matre mea Lola, renuntians omnibus quæ possideo, ac pro æternorum remuneratione vilipendens infima, mallens inhiare ad supera, trado Deo et Sancto Petro Sanctoque Audoeno, omnem partem alodii mei quæ in Chevilgei, in pratis et in piscatoriis, et vineam de Sancto Villiano cum pratis. Simili modo trado domum meam, et foveam lutiariam, apud Sanctum Stephanum, cum pratis, et partem quam habeo in Brant villa, et terram quæ nuncupatur Airan et Turulfi villa et Hairun, cum carruca una et omnia quæ ibi possideo. Nec non insuper, trado illas ter[ras, quas] emi auro et argento meo, cum peccoribus et equis et servis et ancillis. Concedo autem cum his omnibus,

villam unam quæ dicitur Mortuum mare cum duabus ecclesiis, quæ sunt in ea et cum omnibus appenditiis suis intrinsecus et forinsecus. Si quis aliquid inscripti donativi subtraxerit de alimentis monachorum serventium Deo et Sancto Petro apostolo, in monasterio ubi feliciter requiescit corpus Sancti Audoeni precipui confessoris Christi, de Patre et Filio et Spiritu Sancto semper manenti uno Deo, æterna maledictione anathematizatur Amen. Amen. Amen. Fiat. Fiat. Fiat.

S. Richardi comitis. S. [Roberti ar]chipresulis.

S. Henrici abbatis. S. [...]